



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica

Huet, Pierre Daniel

Parisiis, 1679

IV. Refelluntur argumenta Adversariorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-16260

τοῦ τε καὶ τὸ δέ αὐτόπου ἔλασθησθαι τῷ ἑράκλιον πολιτῶν, καὶ τῷ μεταξύ τοις οὐμετέσχεν πολιτῶν, καὶ τῷ μεταξύ τοις οὐμετέσχεν πολιτῶν reddite sunt.
 ἀντίος ὄποιαντα, καὶ κατόπιν τῆς χώρας, καὶ τῆς ὅλης νομοθεσίας ἐπεξήγησεν. Ante Demetrium, Aristobul, apud Euseb. Pr. libr. 9, cap. 6. & libr. 13, cap. 22.

principium Persas domusset Alexander, alii interpretati sunt ea qua pertinent ad Ebraorum popularium nostrorum exitum ex Aegypto, & ad verum quo ipsis contigerunt celebritatem, & regionis expugnationem, & totius legislationis enarrationem. Si totum Pentateuchum voluisse significare, quorū ejusmodi circuitione usus esset, aperte dixisset ante Demetrium Græce expositum fuisse Mōsis volumen. Quod quoniam ita non erat, nempe id quod erat locutus est, & partes Græce convertas recensuit, exitum nimirūm Ebraorum ex Aegypto, præcipua miracula à Deo in eorum gratiam edita, pugnas item & victorias, & legislationis denique historiam. Igitur eo opere, non Genesīs, neque Arcæ, aut Tabernaculi fabrica, non construc̄tio instrumentorum & utensilium quæ pertinenter ad sacrificia, non Pontificalium & Sacerdotalium vestimentorum descriptio, non populi recensio, non Legis repetitio, non Lex ipsa continetur. Aliud est enim rōmos, aliud νομοθεσία, Lex, & Legislatio : habebatur illic νομοθεσία, non rōmos, quæ tamen aliquando confunduntur. Insigniterigitur errarunt qui, hæc ad propheticos & historicos libros spectare nuper scripserunt, cum de νομοθεσίᾳ tantum agere se Aristobulus testificetur. Manifesta hæc sunt, sed manifestiora etiam quæ subiunxit : postquam enim ex hac interpretatione partium quarumdam Pentateuchi, pleraque Pythagoram & Platonem in suis usus transtulisse dixit : οὐδὲ δὲ, inquit, ἐρυθρὰ ποτὲ τὰ τόνου πάντα τὰ τε φεγγαροθέντος φιλαδέλφου βασιλίες, οὐδὲ φεγγίου, φεγγαροθέντος μείζονα φιλοποιίας, Δημητρίου τῆς φαληρίου φεγγαροθέντος τοῦ δὲ τόνου. At integra interpretatio eorum omnium quæ in Lege habentur, adornata est sub rege eo qui Philadelphe nomen tulit, progenitore tuo, à quo major rei huic adhibita est cura & studium ; rei administrationem procurante Demetrio Phalereo. Habetur locus hic apud Eusebium libro Preparationis Evangelice nono & decimo tertio. Idem alter significat, quem refert Jolephus ex Epistola Demetrii Phalerei ad Ptolemaeum Philadelphum : διλλοὶ σι τῷ ιουδαιῶν νομοθεσίας βιβλία λέπτων ἡμῖν σπεῖ εἴπεσθε, φεγγαροθέντος τοῦ ἑράκλιον, καὶ φωνῆ τῆς ἑράκλη, ἐπιν ἡμῖν ἀστρινοῖς συμβέβησεν δ' ἀντα καὶ αἰτεῖον, οὐδὲ ταῦτα τοῦ βασιλικοῦ οὐποτε τετυγμένη φενοίας : ἐπι δὲ ἀναγκαῖον & Euseb. Prap. οὐδὲ ταῦτα φεγγαροθέντος μείζονα φιλοποιίας ἐπιν οὐσι σοῦ δοκῇ, βασιλόδ, φεγγαροθέντος τοῦ ιουδαιῶν αρχερεῖ, διποτεῖλα τὸν φεγγαροθέντον ἐξ ἀρ φεγγαροθέντος φιλοῦς τοὺς εὐμετερόταπους τὸν νόμον, ἀρ διό τὸ τὸν βιβλίων σοφεῖς καὶ σύμφωνον ἐν κεφάλαιοις, καὶ τὸ καὶ τὸν φεγγαροθέντος φεγγαροθέντος, δέξασθαι τὸν τοῦ φεγγαροθέντος συμφέρειν. Significo tibi librum legislationis Judeorum deesse nobis cum aliis. Cum enim Ebraico charactere & patria ipsorum lingua scriptus sit, intelligi à nobis non potest. Contigit autem & ipsum negligentius quam postulat expostum esse, quod nondum regia ei cara consuluerit. (Quæ profecto opinionem nostram apprime confirmare, & rem omnino confidere fatendum est.) Necesse est autem ut hos quoque habeas accurate elaboratos Quamobrem si ita tibi visum erit, Rex, scribes ad Judæorum Pontificem, ut ad te mittat seniores sex ex singulis tribubus, legum peritissimos, à quibus postquam librorum illorum apertum & conformatum sentimus, & accuratam accepimus rerum interpretationem, digna hac desideria tuo colligimus. Significat hoc ipsum alius quoque locus, qui est apud Aristotelem & Eusebium ; Arist. Hist. ubi ait Philadelphio Demetrius, αὐτοῖς δέ διοτόμουν, διότι μέντων ποτὲ τῷ φεγγαροθέντος τοῦ φεγγαροθέντος, ταῦτα τοῦ φεγγαροθέντος, ταῦτα τοῦ φεγγαροθέντος πλεῖον οὐτοῦ φεγγαροθέντος audivisse se Theopompum, cum ex Lege nonnulla eorum quæ jam fuerant interpretatione donata, audaciior & liberiori sermone referre voluisse, mente emotum per dies plus triginta fuisse. Quid aliud autem significant, τὰ φεγγαροθέντος τοῦ φεγγαροθέντος, quam partes Legis jam ante conversas ? Unde plane efficitur, non omnes tum fuisse conversas.

V. His positis, jam in promtu est argumentorum solutio, quibus caussæ sua patrocinantur Adversarii. Ad lucubrandam novam interpretationem animum adjectit argumenta Philadelphus ; plenam scilicet & integrum, quia mutila & dimidiata antea circumferebatur. Dixerunt Philadelphus & Demetrius nullum Græcorum ausum esse Libros sacros attingere, vel eorum meminisse, quod fecissent utique si vetustior extirperet interpretatione : nempe deterrebantur poena Theopompi & Theodectis, qui id temere attentaverant ; cum Libros illos, non in piorum usus interpretari, sed iis jam interpretationis abuti vellent. Unde etiam telum nobis ad defensionem sententia hujus subministratur : nam si Libros sacros attigerunt Theopompus & Theodectes, homines Græci, & ut verisimillimum est Ebraicæ lingue prorius rudes, sequitur libros illos jam cum Græco sermone fuisse expositos. Aristoteli sanctum Volumen interpretatus est Judeus quidam : quippe viro magni & curiosi ingenii pars Voluminis hujus satis esse non poterat. Negarunt Aristreas, Philo, & alii ante Philadelphum Mosaica Legis ullam ex-

R. iii

PROPOSITIO IV.

134

titisse interpretationem; absolutam videlicet & perfectam. Nulla priscæ hujus interpretationis particula ætatem tulit: vetustiorem enim recentior, ut fieri amat, abelevit.

CAPUT DECIMUM TERTIUM.

I. De lingue Ebraice origine. II. Lingua Ebraica ea non est, quæ ante Babelicam confusionem vulgo usurpabatur. III. Probatur argumentis. IV. Refelluntur argumenta Adversariorum. Primum argumentum. V. Secundum argumentum. VI. Tertium argumentum. VII. Quartum argumentum. VIII. Quintum argumentum. IX. De origine literarum Samariticarum & Judaeicarum. X. Refelluntur argumenta Rabbinorum super utrisque.

*De lingue
Ebraica ori-
gine.*

Eupol. apud Clem. Alex. Strom. I. & Euseb. Praep. Evang. lib. 9. Theodor. in Gen. Interpr. 61. Ibid. Orig. libr. I. cap. 3.

Gen. 11. 1. Philastri. Hær. 103. 104.

Theodor. In-
terr. 60. in Gen.

Gen. 1. 20.
Gen. 4. 1.
Gen. 2. 23.
Gen. 9. 26.

Lingua

I. Post habitam quæstionem de vetustate Græcarum Mosaici voluminis Interpretationum, non erit, opinor, abs re de lingue ipsius Ebraicæ, quæ Volumen illud scriptum extat, vetustate paucis distare: cum antiquissimum hoc sit loquela illius monumentum; cuncte presertim Mosæ Ebraicarum literarum inventorem dixerint Eupolemus, Theodoretus, Isidorus, alii sātem reformatorem. Quæ tamen sententia à multis jam explosa sunt. Existimarent nonnulli varias linguis ante confusionem Babelicam ab hominibus fuisse usurpatas; sed linguarum illarum notitiam, quæ nunc arte comparatur & studio, tunc singulari Dei beneficio universis hominibus fuisse concessam, quemadmodum & Apostolus subinde concessa est: at in Babelici sceleris poenam, non novas à Deo conditas fuisse linguis, sed quæ ab omnibus intelligebantur, tum vulgo ignorabiles factas, & à paucis duntaxat fuisse perceptas. Sed quoniam manifeste pugnat ista opinio cum Scriptura sacra, quæ hoc tempore *terram labii unius & sermonum eorumdem* fuisse scisit, merito inter Hæres à Philastro rejecta est. Probabilior hæc est sententia, & doctorum hominum, ac sanctorum etiam Patrum aliquot consensu receptissima, linguam Ebraicam mundo ipsi coevam esse, & Adam, priorumque Patriarcharum usū concelebratam, post Babelicam linguarum divisionem, in Sem ac deinde Eberi familia integrum ad Abrahamum usque & Israëliticam gentem perseverasse. Literas autem antiquiores, quas Chananeas, & Phœnicias, & Samariticæ appellant, alii Setho, Abrahamo ali accipiant referunt; Esdra vero temporibus Babylone reportatas fuisse constat eas quæ hodie sunt in usu, queque Ebraicæ dicuntur vulgo, & Chaldaicæ potius, aut ut à Judæis ipsis appellantur, Assyriæ nominanda sunt, ut pote ex illis detortæ & deprivatae. In ea sententia, præter alios, præcipuum nomen est Origenis, Hieronymi, & Augustini. Eamdem deinde opinionem fecuta est senior Rabbinorum pars; atque eam demum calculo comprobatar suo, qui linguarum Orientis peritiores habiti sunt. Huic firmante plurima proferuntur argumenta; ad pompam & speciem nonnulla, quæ ut frivola & futile prætermittimus: validiora tantum proponemus. Primum ac præcipuum, & à Theodoreto pro lingua Syriaca usurpatum, petitur ex nominibus propriis sive hominum, sive locorum, quæ ab orbe condito usque ad linguarum confusionem commemorantur in historia Mosis, & quorum origines in Ebraica lingua reperiuntur. Adam, verbi gratia, ita dictus est, quod factus sit ex terra: *אָדָם, אֲדֹם*, *co quod mater esset*, *כָּל חַי*, *omnis vivens*: Cain *קִנְעָן*, à *קִנְעָן*, *possedit*: quod dixerit Eva, *Possedi hominem per Deum*: Hortus Eden, ab *עֵדֶן*, *voluptas*; quasi dicas, *Hortum voluptatis*. Eodem pertinent nominum allusiones ad voces Ebraicas, ut Eva, quæ dicta est à Deo *אֵשׁ*, *virago*, quia sumta est ab *אֵשׁ*, *viro*: ut Iaphethi, cum ait Noë, *יַפְתָּח*, *scilicet Dilatet Deus Iapheth*. Alterum argumentum suppeditant antiquarum gentium appellations, propagate ex nominibus originis plerisque Ebraicæ, ut fuse ostendit Hieronymus in libro De nominibus Ebraicis. Tertium arcetatur ex nominibus Deorum & Herorum Ethniconum, quibus nihil in gentibus occurrit antiquius; atque eorum tamen veriloquia subministrat Ebraica lingua: velut Saturni, ex *שָׁׂרֵן* *absondit*, quod in Latio latuerit; Jovis, ex tetragrammato Dei nomine *יְהֹוָה*; Vulcapi ex Tubalcain; Iapeti ex Iapheth. Quartum præbent Ebraicæ linguae vestigia, quæ in omnibus aliis linguis deprehenderunt viri eruditæ. Quintum denique oritur ex Ebraicæ linguae castitate & simplicitate, quæ cum per alias linguis diffusa sit, ipsa nihil sibi ex aliis linguis adhærescere passa est.

II. Hæc quantumvis credibilia & similia veri, non me absterrent tamen, quin